

Matt.

2655

dixit iesus turbis . Tanquam ad latronem
existis cum gladiis et fustibus comprehen-
dere me? Quotidie apud uos sedebam do-
cens in templo et non me tenuistis . Hoc au-
tem totum factum est : ut adimplerentur
scripture prophetarum . Tunc discipuli
omnes relicto eo fugerunt . At illi tenen-
tes iesum duxerunt ad caypham prin-
cipem sacerdotum : ubi scribe et seniores
conuenerant . Petrus autem sequebatur
eum a longe usque in atrium principis sa-
cerdotum . Et ingressus intro sedebat cū
ministis : ut uideret finem . Principes
autem sacerdotum et omne concilium
querebant falsum testimonium contra
iesum : ut eum morti traderent . Et nō in-
uenerunt cum multi falsi testes accessisset .
Nouissime autem uenerunt duo falsi te-
stes et dixerunt : hic dixit . Possum destru-

✓ MS. 1439